

B. N. II, 399^a

h. 70, 51

II k
3904

XII

de poena perjury

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOHANNES FLORENS RIVINVS

P. P.





Vr isiurandi, per inuocationem Numinis Diuini praestiti contempta religio, satis Deum ultorem habet, periculum autem corporis, etsi fuerit peieratum, eandem ob causam inferri non placuit Imperatori Alexandro, pagano, in *L. 2. C. de Reb. Cred.* Inde nec prisco iure poena vlla in periuros prodita erat, sed eadem qua stellionatus Reorum crimen coercebatur animaduersione, Modestino autore in *L. 4. ff. de Stellionat.* Credebant enim veteres magis a nefando isto crimine deterreri posse homines, si diuinas saltem minarentur poenas, quam si impares tanto sceleri statuerint. Contra, eum, qui per genium principis petulanter peierauerat, fustibus castigatum dimittebant. *L. 13. §. 6. ff. de Iureiur.* At principes vere pii et christiani, quibus Numinis omnipotentis reuerentia magis curae est, quam mutuata ab ipso maiestas propria, cum diuinæ ultionis metum, apud homines, in aliis, vt in causa scortationis, adulterii, aliisque, parum valere experirentur, et impietatis ipsius vindictam, ad munus legum pertinere, legesque ipsas, de poena in hoc delictum silentes, periuriis viam sternere, ac disciplinae publicae parum idoneas esse, probe animaduverterent, eos, qui intemerata pacti iura sacramento confirmata, scientes prudentesque violabant, infamia notabant, aliisque poenis coercebant *L. 41. C. de Transact. L.*

2. C.

2. *C. de indict. viduit.* conferatur IAC. LECTIVS ad
Modestin. de Poen. ad L. 4. ff. de Stell. crim. et Dn.
LEYSERVS *Med. ad Pand. Spec. DLXVII. n. XV. seq.*
Carolus Imperator, in Nemesi sua *Artic. CVII. et*
CIIX. iunct. CLXXVI. certam determinauit poe-
nam, in eos, qui fidem inprimis praestitae Vrphedae
violant, ac, non ex districtu iudicii, sed tota prouincia
eieci, periuri reuertuntur, dum nempe duos digitos,
quibus erectis iuramentum praestatur, vel potius eo-
rum tantum articulos amputari iussit. Quem punien-
di modum Serenissimus Saxoniae Legislator *Constit.*
XLIX. Part. IV. in eum, qui prima vice reuertitur,
non retinuit solum, sed et, si secundo prouinciam in-
grediatur, fustigatum in perpetuum relegauit, at ter-
tia vice remeantem in ditiones Saxonicas, ob repeti-
tum toties periurium et iteratam insignem contuma-
ciam, capite plecti voluit. In quibus poenis, si atro-
citatem delicti, et, quae per id violatur nominis diuini
sanctitatem, religionem, fidem securitatemque publi-
cam, ac integritatem iudiciorum spectamus, nullam
duritiem, nec iniqui quidquam deprehendimus. Fru-
stra igitur Doctores, cum CARPZOVIO *ad eandem*
Const. def. V. contra regulas iustae sanaeque interpre-
tationis, captando verba, remissionem poenae in eo,
qui ex simplicitate, velut haereditatis percipiendae
causa, vel vt credita sua exigeret, vel ex amore erga
liberos reuersus fuerit, admittunt, cum dolo nunquam
carere possit, qui redeundi vnquam consilium prorsus

eiuravit, quocunque demum colore reditum suum excuset. Equidem non pauci sunt, qui digitorum amputationem, vt asperam nimis et inhumanam poenam odio habent, vt proinde illam in foro criminali raro irrogari videas, sed, quod merito inter naeuos Iurisprudentiae Criminalis referas, plerique, praesertim ii, qui iam in perpetuum relegati redeunt, id impune ferunt, dum nempe, ex intempestiua et improba in Leges misericordia, iterum sub comminatione durioris poenae relegantur. Frustraneum est ideo inquisitionem aduersus eos instituere, frustra que noui sumtus in sceleratum eiusmodi erogantur, quem si grauiori poena afficere nollemus, absque tantis ambagibus, in flagranti statim, exilio denuo multare possemus. Non video, qua ratione Icti, Legibus adstricti, iisdem, praesertim si clarae sint, omnesque interpretandi artes respuant, mitiores esse queant. Nihilominus procliuius eosdem deprehendimus ad dictandam fustigationem, quam ad amputationem digitorum. Vnicum succurrit exemplum, vbi anno huius seculi trigesimo primo, in Facultate nostra Iuridica eiusmodi periuro poena ex praescripto legis dictata, Mense Iunio ad Iudicium Schierauiese, hac formula: *Dasß vor allen Dingen wieder gedachten Mauckischen mit der Inquisition zu verfahren, zu dem Ende gewisse Artikel abzufassen, und er darüber zuvernehmen. Wenn er nun auf seinem bey der summarischen Verhör gethanem Geständnisse nochmahln verharret, so wird er solches*

des seines begangenen und gestandenen Meyn-
endes halber mit Abhawung der Förder-Glieder an
denen beyden Fingern, damit er geschworen, des Lan-
des, worunter auch die Sachsen-Oberfurthischen zu
verstehen, anderweit auf ewig billig verwiesen, auch
über die Gränke gebracht, und darneben nochmals, daß
er nicht wieder darein komme, wiedrigen falls er dar-
aus zur Staupe gehauen werden solle, ernstlich ermah-
net, wie solches geschehen, umständlich zu denen Acten
registriret, wie nicht weniger er zu Erstattung derer ver-
ursachten Unkosten, wenn er etwas im Vermögen hat,
angehalten. At antecessores nostri, inprimis in Scabi-
natu Lipsiensi, legis hanc dispositionem, ceu infinitis
probari possent exemplis, rigide seruarunt, conf. DN. LEY-
SERVS *d. Med. ad Pand. DLXVII. num. 20. seq.* Quod
ad mortis poenam attinet, illam non facile imponen-
dam esse, multi sibi persuadent, et furem qui solidos
quinque, aut quantitatem, duodecim thaleros
totidemque grossos egredientem, subtraxit, tranquil-
liore animo laqueo, quam illum, qui peierandi con-
suetudinem assumpsit, gladio mancipant, ideoque fa-
ruas non raro causas pro conseruando capite periuri
allegant. Sed merito constare legibus prouinciali-
bus intemerata debet autoritas, et Collegiorum, quae
iuris dicundi, ac de fatiis mortalium dispensandi pote-
state pollent, est, idem obsequium constitutioni prae-
stare qua contemptus religionis ac iurisiurandi coer-
cetur, quo Mandatum de suspendendis furibus profe-
quin-

quuntur. Et quidem, si ex registratura Actis iudicialibus inserta, constet, aliquem praestita actu corporali Vrpheda, et fustigatum limitibus territorii eiectum fuisse, eum nihilominus eosdem repetentem, intraque illos deprehensum, iam satis de corpore delicti conuictum, imo nec sententia interlocutoria, qui pronuntiandi mos in quibusdam Collegiis inualuit, aduersus eundem opus esse, sed ipso facto, in primis si propria eius confessio accedat, poenam capitale incurere autumo. Sic Scabini Lipsienses ad Praetorium Lipsiense anno 1668. foeminae Annae Ursulae Lochmanniae, quae fustigata in hanc urbem redierat, aliisque pluribus, nec non nouissime, hoc ipso mense Iunii Ordo noster ad Praefectum Port. poenam gladii irrogandam esse intrepide iudicarunt. Nouissima sententia his concepta erat verbis: Hat Peter Korch als er summarisch und Artickulsweise vernommen worden, in Güte gestanden und bekant, daß er zu zweyenmahlen zu Gossec des Landes, und zwar das anderemahl unter der Verwarnung, daß wenn er sich den geleisteten Urpheden zuwider, darinnen wiederum betreten lassen würde, er daraus zur Staupe gehauet werden solle, auf ewig verwiesen worden, mit solcher Straffe auch, als er dem ohngeachtet darinnen wiederum sich betreten lassen, im Amte unter der ernstlichen Verwarnung, daß wenn er sich dennoch darinnen wiederum finden lassen würde, er endlich mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafft werden soll, belegen, und er
nach

nach geleisteten Urpheden über die Gränze würcklich
gebracht worden, nichts destoweniger in hiesige Lande
sich wieder eingefunden, auch darinnen abermahls zur
gefänglichen Haft gediehen, womit die beygelegten
Acten, besonders die sub 2 fol. 36. und die beschwornen
Aussagen hor. Act. fol. 8. 44. fol. 64. f. fol. 48. seq.
und Inquisitens Geständniß ad art. 34. Ferner fol. 72.
übereinkommet, und es bestärcket; So ist er dieses be-
gangnen und gestandnen Verbrechen halber mit dem
Schwerdte vom Leben zum Tode zu bringen und zu
bestrafen. Jedoch wird er vor Vollstreckung des Ur-
theils mit einer Defension annoch billig zugelassen. Sin-
gulare hoc in iisdem Actis animaduerti, quod Inquisi-
tus, cum fustigatione in perpetuum ob fractam
Vrphedam relegari debuerat, in formula Vrphe-
dae, tum denuo praestandae, expressis verbis ad susti-
nendam poenam gladii, sin reuenteretur, se obstrinxe-
rat, adeoque praeter legis dispositionem vel ex pacto
haec poena eidem irroganda erat. Suppono tamen
ipsum delinquentem actu corporali Vrphedam prae-
stitisse, alias enim, si lictor in eius animam, licet eo prae-
sente iurauit, nullatamen exinde obligatio ad susti-
nendam poenam corporis afflictiuam, multo minus
capitalem deduci poterit. Nullum enim praestitit
iuramentum, ideoque nec periurium commisit, et re-
ctius ageretur, si iudices ab eiusmodi actu frustraneo,
naturae ac indoli iuramentorum prorsus aduersante
abstinerent, cum prauidere queant, eundem frustra-
torium

QK 723904 X3205073

torium fore. Meam hac de re sententiam prolixius
in *Dissert. de Iureiurando in alterius animam* 1725.
habita, exposui. Ideo satis de hoc dictum sit. No-
minandi enim Iuvenes Nobilissimi,

DN. IOHANNES SAVBERLICH,
Burckau. Lusat.

DN. DAN. FRIEDRICH KVHN, Lipf.

DN. IO. GOTTLIEB TIPMER, Lipf.

DN. FRIEDR. GOTTLIEB VOIGT,
Freib. Misn.

DN. GOTTLOB ERHARD PREIS-
SER, Lipf.

DN. IOH. CHRISTIANVS RACKEL-
MANN, Bitterf. Saxo.


quorum quisque, me Praefide, in Auditorio ICto-
rum, ad Librum aliquem Pandectarum a Lib. XLV.
ad Librum L. ordine quo se excipiunt Respondendo
pariter ac Opponendo publice disputabit. Dies Sa-
turni his conflictibus destinati, more solito pro valuis
Publicis legitime indicentur. Vt vero iisdem Gene-
rosissimi atque Nobilissimi Commilitones, Iurium Cul-
tores frequentes intersint, eosdem humanissime inui-
tatos cupit Praefes. P. P. Lipsiae Dom. I. p. Fests.
Trin. MDCCXXXV.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

VD 18

MC





B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

VORI BENEVOLO

S. P. D.

ANNES FLORENS
RIVINVS

P. P.



In solna perjury

XII